DEPOZIT ARHIVELOR STATULUI R.P.R. SERV. CLUJ

117

1

IV 46

Christophorus Bathorj de Somlyo Waiwoda Transsyluaniae et Siculorum Comes. Vniuersis et singulis Pastoribus
et Ministris Ecclesiarum in Comitatu Thordensi existentibus et commorantibus praesentes visuris, Salutem et fauorem.
Non fugit vos qualiter nos superioribus diebus Pastoribus Ecclesiarum Nationis Hungaricae et Saxonicae Augustanae
confessioni adhaerentibus iniunxeramus, vt habita inter se deliberatione de certo termino et loco conuenienti con-
cluderent, quo Pastores ac Ministri Ecclesiarum conuenirent et omnia accurate agerent, vt et causam inter
Egregium Paulum Marthafi et Generosam dominam Saphiram Moyzyn, quae in foro conscientiae agitata simul et
denuo recognoscerent ac vtriusque conscientiae consulerent. Interim Reuerendus Dionysius Alesius Superintendens
Vngaricarum Ecclesiarum moritur, quo Mandatum nostrum exequi minime potuit. Cum autem Ecclesiae orbitas
requirat vt in demortui locum vestrum omnium suffragio alter sufficiatur, dictarum [illegible] committimus et man-
damus vobis et vestrum singulis firmiter vt citra omnem excusationem ad dominicam Indiuiduae
Trinitatis proxime venturam hoc est 2 diem Junij, Enyedinum [illegible] conuenire curetis ibique constanter tracta-
tis de rebus omnibus ad Ecclesiae emolumentum [illegible] [illegible] [illegible] aut ex
vobis aliquem virum pium et eruditum in locum demortui superintendentis eligere. Electionem tamen
fieri non sine nostro suffragio nostraque approbatione volumus. Postmodum negotijs insistendo arduis vt re-
et cum bono ordine omnia fiant in Ecclesijs vestris, recognitionem ea praedictae assumentes, iuxta verbum Dei
saluam vestram conscientiam. Statuentes, ita demum si fieri posset factas illorum conscientijs medio concordiae
consulere, sin minus quod putabitur salutarius et quod ad gloriam Dei et non ad perniciem carnificinam tur-
batarum conscientiarum spectare videbitur decidere ac pronunciare. De hisque omnibus nos edocere modis omni-
bus debeatis et teneamini. Secus sub poena alias in talibus obseruari solita minime facturi. Datum Albae
Juliae die 10 May 1577.

Christophorus Bathorj
de Somlyo manu propria

46.

1577.

Nemo Ministro promisit homo dixit nihil
feci totius summus ministratione et Con
Anso me Summus tenuis num ...

Fabricius Comittus
Berlin
Nemo ministro p Emanuel